



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

Gomez, Cristobal

Antverpiæ, 1681

N. Murciensis n. 44

urn:nbn:de:hbz:466:1-38486

39. A CREMONENSI *asserente*, Neminem vnquam aut Papam, aut Episcopum bonum futurum, qui Societatem IESV non coleret, & amaret. *Ingentia sane verba, & nisi ex ardentissimo in nostrum Ordinem amore prolata sine rubore haud referri possent. Ita in Annal. Soc. ann. 1607. fol. 17.*

Nemo bonus, qui eam non colat, & amet.

40. A IULIENSI *In Prouincia Veneta statuente*, vbi sine graui offensa Religiosorum aliorum Ordinum fieri posset, se neminem illuc ad conciones, & alia ministeria Societati congrua, præter homines Societatis aduocaturum. *Ita Ibid. fol. 58.*

Ad conciones, & alia ministeria sola aduocanda.

41. A ZEBVANO *In Philippinis: Qui videns Bachanalia in sanctimonialia per triduum conuersa, Sanctæ Societatis (sic Nostros appellabat) sanctam inuentionem, excogitationemque ad arcenda ex hominum mentibus peccata, dicebat. Sic Ibidem. fol. 281.*

Bachanalia in sanctimonialia conuertit.

42. A BARGINONENSI: *Qui pro collatis erga Societatem beneficijs, cum à P. N. Generali literas accepisset, quibus eum participem spiritualium Societatis bonorum faciebat, hanc ille communicationem tanti fecit, vt Episcopatu ante ferre, non dubitauerit. Ita in liter. annuis Societ. ann. 1608. fol. 59.*

Communicatio suorum spiritualium bonorum Episcopatu antefertur.

43. A PERPINIANENSI (alias Elna) *asserente*, Se ita paratum ad munia Societatis promouenda, vt victum, & quibus tegebatur indumenta sibi detrahi facile pateretur. *Ita in Annal. Soc. ann. 1606. fol.*

Quante sint estimationis eius ministeria.

44. A MVRCIANO, *tanti Missionum Societatis operam faciente, vt publicè in Templo nostro populum adhortans, ad Nostros conuersus dixerit: Agite Patres, & his excursionibus negotio vtilissimo impigre vacate: certoque vobis persuadete, quod & ipse teneo, hoc inter cetera ministeria Ecclesiæ Catholicæ longe esse fructuosissimum, adeoque præcipuum. Ita in Annal. Soc. ann. 1610. fol. 124.*

Societatis Missiones præcipuum & fructuosissimum Ecclesiæ ministeria.

45. A LVCEORIENSI *in Polonia, diplomate etiam cauente, Ne quisquam alius in Vrbe conscientia controuersias publicè doceret, præter Societatem. Ita Ibid. fol. 417.*

Solis Socijs conscientia controuersias publicè docere per-

46. A *mittitur.*